



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.l.], 1579

VD16 V 541

Ne Clerici Vel Monachi secularibus negotijs se immisceant. Titulus L.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

776 ANALYS. IVRIS PONTIFICII
NE CLERICI VEL MONACHI
secularibus negotijs se immisceant.

Titulus L.

Continuatio.

Cum clerici et monachi psonalis immunitatis
priuilegio gaudeant: in hunc finem, vt tanto libe-
rius, quasi in sortem Dei electi, diuiniis vacare
possint: Nō debēt ipfi se negotijs secularib' inge-
rere, vt vel ministerij debiti negligētiā admittant,
vel iacturam æternæ felicitatis faciant,

Qua sunt Secularia Negotia?

Multa & varia secularia negotia sunt. Quorū
quædam ex Concilio Moguntino, quæ clericis
monachisq; interdiciuntur, enarrantur: scilicet, ma-
nera iniusta accipere, vel dare, pro aliquo secula-
ri quæstu, pretio, aliquem conducere, conueni-
nes, rixas, vel lites amare, in placitis secularibus
disputare, excepta pia defensione, scilicet, orpha-
norum aut viduarum, conductores secularium
rum, aut procuratores esse turpis verbi, vel be-
sti, esse ioculatorem, vel iocum secularem dilige-
gere, aleas amare, ornamentum inconueniens
proposito suo quærere, in delitijs viuere, gi-
lam & ebrietatem sequi, pondera iniusta vel
mensuras habere, negotium iniustum exercere,
canes & aues sequi ad venandum, & omnibus
cuiuslibet causis, illicitis & superfluis inter-
se. De his & alijs hic non notatis inquit Apollin-
lus: Nemo militans Deo implicet se negotijs se-
cularibus, c. multa sunt, extr. eod.

Qua pœna in Clericos & Monachos, qui se secularibus negotijs immiscet, statuta est?

Pro varietate negotij, cui clericus, vel monachus incūbit, varia pœna Canonibus statuta est. Vnde clericus in sacris constitutus iudicium sanguinis exercens, ab officio & beneficio deponitur: vel Propositi secularis vel Vicecomitis officium gerens, si commonitus non desistat, excommunicatur, c. clericus, extr. eo. Et si religiosus sit: grauius punitur, c. sed nec, extr. eod. clerici, per beneficiorum subtractionem vt desistant à tabellionatus exercitio, compelluntur, c. sicut, extr. eo. si mercimonia exercent instar laicorum, si tertio moniti non desiterint, priuilegiū, de immunitate patrimoniorum clericis indultum amittunt, c. fin. ext. de vita & honest. cler. &, c. contin. in audientia, extr. de sent. excom. Religiosi professi audientes leges vel Phycam, nisi intra duos menses ad claustrum redierint, sicuti excommunicati ab omnibus euitari, & in nulla causa, si patrocinium præstare voluerint, audiri, & in choro, & in mensa, & in Capitulo vltimi fratrum existere debent, c. nō magnopere, extr. eod. Quod si autem religiosi, ita moribus peruersis, vt corrigi non possint, dediti sint, vt incorrigibiles de monasterio expelli, & ipsum monasterium de fratribus alterius ordinis, si eiusdem ordinis deficiant, reformari poterit, c. relatum, extr. eod.

FINIS LIBRI TERTII.

Ccc 5

LIBER